Duplex fit bonitas, si simul accesserit celeritas.
Effugere cupiditatem regnum est vincere.

Eget minus mortalis, quo minus cupit.
Eheu quam miserum est fieri metuendo senem.

Eodem animo beneficium debetur, quo datur.
Eripere telum, non dare irato, decet.
Esse necesse est vitia minima maximorum maxima.

Digitized by Google

ignora, no siente.
Cada dia sabemos mas.
Quanto mas reñidos mas amigos.
No oigas cosa, que no exâmines; ni creas cosa, que no confirmes.
Quando el rico te regala, no es por remediar tu desgracia.
Para vencer luego, se ha de prevenir la guerra mucho tiempo.
El que á uno llama ingrato, todos los males le dice.
El dolor del cuerpo no llega á los sentimientos del alma.
Quando el perro muere, se acaba la rabia.
En la prudencia del General consiste el valor de los soldados.
Tambien de los gustos se ha de huir, que en amargura se pueden convertir.
Dichoso es el que muere, antes que los trabajos pruebe.
Quien dá presto, da dos veces.
Es la conquista de un reyno de las pasiones el vencimiento.
Quien á poco aspira, poco necesita.
Ah, quánta miseria es vivir con sobresaltos hasta la vejez.
Debes en pagar el beneficio igualar al recibido.
No conviene echar aceite al fuego, sino apagarle.
Si Alexandro es cornudo, sépalo Dios y todo



Digitized by Google

*Est beneficium eo carere, quod invitus possides.*

*Est cupiditati et ipsa tarda celeritas.*

*Est honesta turpitudo pro bona causa mori.*

*Est socia mortis homini vita ingloria.*
*Est turba semper argumentum pessimi.*
*Et calamitas virtutis est occasio.*
*Et deest, et superat, miseris cogitatio.*

*Et miseriarum portus est patientia.*
*Etiam bonum saepius obest adsuescere.*
*Etiam capillus unus habet umbram suam.*
*Etiam celeritas in desiderio mora est.*
*Etiam hosti est aequus, qui habet in consilio fidem.*

*Etiam innocentes cogit mentiri dolor.*
*Etiam in peccato recte praestatur fides.*

*Etiam oblivisci, quid sis, interdum expedit.*
*Etiam oblivisci, quod scis, interdum expedit.*

*Etiam, qui faciunt, oderunt iniuriam.*
*Etiam sanato vulnere cicatrix manet.*

*Etiam tyrannus vix precario imperat.*

Digitized by Google

el mundo.
Beneficio recibes, si pierdes, lo que involuntario posees.
A una vehemente esperanza la prontitud le parece tardanza.
Es una honrada torpeza perder la vida por una causa buena.
Es muerte civil del hombre la vida sin nombre.
Las malas nuevas presto se saben.
Tambien en los trabajos se aprende la virtud.
No aciertan los infelices á remediar, los trabajos que pudieron evitar.
Tolerando las miserias á puerto feliz se llega.
Quien mas hace, mas pierde.
Cada cabello hace su sombra en el suelo.
Hasta la prontitud á los deseos parece tardanza.
Aun al enemigo comun trata bien, el hombre que guarda fe.
Aun á los inocentes obliga á mentir el tormento.
Hasta en las cosas malas parece bien el cumplimiento de la palabra.
A veces conviene, que te olvides de quien eres.
Algunas veces aprovecha desentenderte, de lo que sepas.
Hasta los que injurian, aborrecen la injuria.
Aun despues de curadas las heridas, quedan las reliquias.
Los reyes injustos aun por merced sufridos no están seguros.

Digitized by Google

*Ex hominum quaestu facta Fortuna est dea.*

*Ex lite multa gratia fit formosior.*
*Ex praemii spe laboris fit solatium.*
*Ex vitio alterius sapiens emendat suum.*
*Excelsis multo facilius casus nocet.*
*Exeritur opere nequitia, non incipit.*

*Exilium patitur, patriae qui se denegat.*

*Expetit poenas iratus ab alio, á se ipso exigit.*

*Extrema semper de antefactis iudicant.*

*Exul is, cui nusquam domus est, sine sepulcro est mortuus.*
*Facilitas animi ad partem stultitiae rapit.*
*Facilius crescit, quam inchoatur, dignitas.*
*Facit gratum fortuna, quem nemo videt.*

*Factum tacendo crimen facias acrius.*
*Falsum maledictum malevolum mendacium est.*

*Famam curant multi; pauci conscientiam.*

*Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.*

*Felicitas infelici innocentia est.*
*Felicitas nutrix est iracundiae.*

Digitized by Google

A la ambicion de los hombres debió su deidad la fortuna.
El bien no es conocido, hasta que es perdido.
La esperanza del premio del trabajo es consuelo.
Por las faltas de otro corrige el cuerdo las suyas.
Los elevados dan mayor caida.
Por las obras no principia, por ellas se descubre la malicia.
El que á su patria se niega, no quiere volver á ella.
El ayrado desea castigar á otro, y se castiga á sí propio.
Siempre se hace juicio de lo presente y venidero, por lo que pasó.
El que no tiene casa ni hogar, en vida enterrado está.
La sencillez suele pasar por necedad.
Todos los principios son dificiles.
A todos gustan los ricos, aunque sean desconocidos.
La negacion del delito le aumenta.
La maledicencia falsedad y mala intencion prueba.
Son mas los que atienden á su fama, que los que á su conciencia.
El que huye de ser juzgado, se hace reo y culpado.
La dicha de un infeliz es su misma inocencia.
La soberbia y la ira en la felicidad se cria.

Digitized by Google

*Felix est, non, qui videtur esse aliis; sed, qui sibi.*

*Felix improbitas optimorum est calamitas.*

*Feminarum turam gerere desperare est otium.*
*Fer difficilia, facilia levius perferes.*
*Feras, non culpes, quod mutari non potest.*

*Feras, quod laedit; ut et id, quod prodest, feras.*

*Ficta cito ad naturam reciderint suam.*

*Fidem nemo unquam perdit, nisi, qui non habet.*
*Fidem qui perdit, perdere ultra nil potest.*

*Fidem qui perdit, quo se servat reliquo?*
*Fides, ut anima, unde abiit, eo numquam redit.*

*Formosa facies muta commendatio est.*

*Fortior est, qui cupiditates suas, quam, qui hostes subiicit.*
*Fortuna ius in hominis mores non habet.*

*Fortuna magna magna domino est servitus.*

*Fortuna multis dat nimis, nulli satis.*

*Fortuna, nimium quem fovet, stultum facit.*

Digitized by Google

No es feliz el que lo parece; sino el que por feliz se tiene.

De la felicidad de los malos se sigue la miseria de los buenos.

No puede ser guardar á una muger.

Sufre lo mas, para hacerte á sufrir lo menos.

Lo que no se puede evitar, sufrirse ha, no culpar.

Sufre las adversidades, para que te moderes en las felicidades.

Por mas que desmienta cada qual, siempre vuelve al natural.

Nadie pierde jamas la fe, sino el que pérfido fué.

El que perdió el crédito, no tiene mas que perder.

El que no tiene fe, qué mas espera tener?

Es como el alma la fe, que á donde faltó, allí no volvió.

La hermosura aunque muda, recomienda y ayuda.

Quien á raya sus pasiones tiene, mas fuerte es, que el que al enemigo comun vence.

No está sujeto el hombre bueno de la fortuna al imperio.

A quien tiene gran fortuna, grande esclavitud le abruma.

La fortuna inconstante á muchos dá demasiado, á ninguno lo bastante.

Ignorante hace la fortuna, á quien mucho

Digitized by Google

*Fortuna nos vincit, nisi tota vincitur.*

*Fortuna nulli plus quam consilium valet.*
*Fortuna obesse nulli contenta est semel.*
*Fortuna plus homini, quam consilium, valet.*
*Fortuna quo se, eodem et inclinat favor.*
*Fortuna, quum blanditur, captatum venit.*

*Fortuna vitrea est: tum, quum splendet, frangitur.*

*Fortuna unde aliquid fregit, cassum penitus est.*

*Fortuna usu dat multa, mancipio nihil.*

*Fortunam citius reperias, quam retineas.*
*Fraus est accipere, quod non possis reddere.*

*Fraus est remedium contra flumen quaerere.*
*Frequens vindicta paucorum odium reprimit.*
*Frugalitas materia est rumoris boni.*
*Frustra, quum est ventum ad senectam, repetas adolescentiam.*
*Frustra rogatur, qui misereri non potest.*

*Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.*
*Furor fit laesa saepius patientia.*

*Futura pugnant, ne se superari sinant.*

Digitized by Google

favorece.
Dominados quedamos, si todo el corazon á la fortuna entregamos.
Mas vale cordura, que fortuna.
Bien venido seas mal, si vienes solo.
Mas vale haber, que saber.
A donde va la fortuna, la lisonja es segura.
La fortuna, quando mas amiga, arma la zancadilla.
De vidrio es la fortuna, quando mas reluce, se quiebra.
A quien la fortuna comenzó á derribar, no se cansa, hasta que le llega á arruinar.
Quantas cosas dá la fortuna, son para el uso, para la propiedad ninguna.
Adquirir riquezas es mas facil, que conservarlas.
Engaño es el recibir, si con el retorno no puedes cumplir.
Es errarlo dar coces contra el aguijon.
Castigo con freqüencia á pocos escarmienta.
La vida parca y frugal dá motivo á bien hablar.
Con agua pasada no muele molino.

Embalde se hacen ruegos, al que no se ablanda, con ellos.
El poderoso iracundo es un rayo en el mundo.
El sufrimiento muchas veces ofendido en furor es convertido.
Lo que ha de ser de cada uno, no lo sabe

Digitized by Google

*Geminat peccatum, quem delicti non pudet.*

*Gemitus dolores indicat, non vindicat.*

*Grave crimen, etiam quum leviter dictum est, nocet.*

*Grave iudicium est, quod praeiudicium non habet.*
*Grave praeiudicium est, quod iudicium non habet.*
*Gravis animi poena est, quem post facti poenitet.*
*Gravis animus dubiam non habet sententiam.*

*Gravior est inimicus, qui latet in pectore.*
*Graviora quaedam sunt remedia periculis.*
*Gravissima est probi hominis iracundia.*

*Gravissimum est imperium consuetudinis.*
*Gravius molum omne est, quod sub aspectu latet.*
*Gravius nocet, quodcumque inexpertum accidit.*

*Habent locum maledicti crebrae nuptiae.*

*Habet in adversis auxilia, qui in secundis commodat.*

*Habet suum venenum blanda oratio.*
*Heredem ferre honestius, quam quaerere.*

*Heredis fletus sub persona risus est.*

Digitized by Google

ninguno.

El pecado es doble, quando el pecador no se corre.

Los indican los lamentos, mas no quitan los tristes sentimientos.

La detraccion aunque leve, al murmurado ofende.

Mala es la sentencia desnuda de congetura.

Injusta es la conjetura, que en juicio no se funda.

Grande es el tormento, que sigue á lo mal hecho.

Quando un pensamiento está bien reflexionado, no se vacila en lo deliberado.

El enemigo encubierto ofende mas de lleno.

Peor es la cura, que la enfermedad.

Un hombre de bien airado con dificultad es aplacado.

Lo que se aprende en la cuna, siempre dura.

Todo mal con disfraz nos ofende mas.

Lo que nunca ha sucedido, daña mas al desprevenido.

La muger que muchas veces se casa, cobra mala fama.

Al que en su fortuna favorece, no le falta socorro, quando padece.

El que te adula, te vende.

Mas decente es sufrir al legítimo heredero, que buscarle ageno.

El llanto del heredero es una risa oculta en su contento.



Digitized by Google

*Heu dolor quam miser est, qui in tormentis vocem non habet!*

*Heu quam conscientia animi gravis est servitus!*

*Heu quam difficilis gloriae custodia est!*

*Heu quam est timendus, qui mori tutum putat!*

*Heu quam miserum est ab eo laedi, de quo non ausis queri!*

*Heu quam miserum est discere servire, ubi dominari doctus es!*

*Heu quam multa poenitenda incurrunt viventes diu!*

*Hominem etiam frugi flectit saepe occasio.*

*Hominem experiri multa paupertas iubet.*

*Homini consilium tunc deest, quum multa invenit.*

*Homo extra corpus est suum, quum irascitur.*

*Homo, ne sit sine dolore, fortunam invenit.*

*Homo, qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.*

*Homo semper aliud fert in se, in alterum aliud cogitat.*

*Homo semper in os fert aliud, aliud cogitat.*

*Homo toties moritur, quoties amittit suos.*

Digitized by Google

Gran desdicha es por cierto no poderse quexar en el tormento!

O quánto atormenta el torcedor de la conciencia!

Ha! quánto cuesta conservar la reputacion buena!

O quán temible es la suerte, del que no tiene por peligrosa la muerte!

Quán grande infelicidad, contra el que te ofende no poder chistar!

Qué desdicha es ser esclavos, los que antes fueron amos!

Ha! quántos pesares y arrepentimientos tiene, el que vive largo tiempo!

En el mejor paño cae la mancha.

Quanto obliga la pobreza á sufrir, que no quisiera.

Está el hombre irresoluto, quando con el partido que ha de tomar, se le ofrecen muchos.

Está el hombre fuera de sí mismo, quando está de la ira poseido.

Da Dios alas á la hormiga, para que se pierda mas aína.

De sí mismo se acuerda el hombre compasivo de otro en su miseria.

Una cosa piensa para consigo el hombre; otra á los demas esconde.

En el hombre muchas veces las palabras con los pensamientos no convienen.

El hombre tantas veces muere, quantas á los suyos pierde.



Digitized by Google

*Homo vitae commodatus, non donatus est.*
*Honesta lex est temporis necessitas.*
*Honesta turpitudo est pro bona causa mori.*

*Honeste parcas improbo, ut parcas probo.*

*Honeste servit, qui succumbit tempori.*
*Honestus rumor alterum est patrimonium.*
*Honos honestum decorat; inhonestum notat.*

*Humanitatis optima est certatio.*

*Iacet omnis virtus, fama nisi late patet.*

*Ibi pote valere populus, ubi leges valent.*

*Ibi semper est victoria, ubi concordia est.*

*Id agas, tuo te merito ne quis oderit.*

*Ignis probat aurum, miseriae fortem probant.*

*Ignis suum calorem etiam in ferro tenet.*

*Ignoscere hominum est, nisi pudet, cui ignoscitur.*

*Ignoscere hominum est, ubi pudet, cui ignoscitur.*

*Ignoscito saepe alteri, numquam tibi.*

Digitized by Google

Nuestra vida es prestada, no endonada.
La necesidad carece de ley.
Es una honrada torpeza dejarse morir por una causa buena.
Bien se puede perdonar al malo, porque el bueno no sea castigado.
Honradamente sirve, quien al tiempo se rinde.
Cobra buena fama, y échate á dormir.
Al ruin la honra le infama; al hombre de honor le ensalza.
No hay competencia tan buena, como la de la clemencia.
De nada sirve la gloria, que los hombres no pregonan.
Poderoso es el pueblo, adonde prevalecen las leyes de su gobierno.
Nunca falta la victoria, donde reyna la concordia.
Pórtate de modo, que por tu culpa no te quiera mal ningun otro.
En el fuego se acrisola el oro, y con los trabajos el hombre.
Aún del fierro á la dureza del fuego el calor penetra.
No es bueno perdonar, quando el delito no se quiere confesar.
El perdonar es clemencia, quando con rubor el delito se confiesa.
Perdona muchas veces al otro, nunca á tí propio.



Digitized by Google

*Illo nocens se damnat, quo peccat, die.*

*Imperium habere vis magnum? Impera tibi.*

*Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.*

*Imprudens peccat, quem post facti poenitet.*

*Impune in eum pecces, qui peccat rarior.*

*In amore forma plus valet, quam auctoritas.*

*In amore semper mendax iracundia est.*

*In amore semper causa damni quaeritur.*

*In calamitoso risus etiam iniuria est.*

*In iudicando criminosa est celeritas.*

*In malis sperare bonum, nisi innocens, nemo solet.*

*In miseri vitia nulla contumelia est.*

*In misero facile fit potens iniuria.*

*In nullum avarus bonus est, in se pessimus.*

*In rebus dubiis plurimi est audacia.*

*In turpi re peccare bis delinquere est.*

*In Venere semper certat dolor et gaudium.*

Digitized by Google

Desde el dia en que pecas, tu conciencia te condena.

Si quieres tener gran reyno, mándate á tí mesmo.

Injustamente echa la culpa al mar, el que vuelve á naufragar.

Es imprudente, quien despues de la obra se arrepiente.

Qualquiera se atreve, con quien despique no tiene.

La inclinacion amorosa es mas, que la autoridad, poderosa.

Nunca es cierto el enojo en el amor deleitoso.

El que enomorado anda, busca siempre de su perdicion la causa.

Hasta la risa del desgraciado se mira como agravio.

Para juzgar de otro, no seas presuroso.

Tener esperanza en los males solo el inocente sabe.

Contra los vicios del miserable agravio no se hace.

Con el abatido todos se atreven.

El avariento aun para sí no es bueno.

De mucho sirve el denuedo en los peligros y riesgos.

Quien en torpe obscenidad se revuelca, en doble pecado entra.

En deleites amorosos siempre alternan el senti-



Digitized by Google

*In Venere semper dulcis est dementia.*
*In vindicando criminosa est celeritas.*

*Incertus animus remedium est sapientiae.*
*Inertia est laboris excusatio.*
*Inertia iudicatur, quum fugitur labor.*
*Infelici innocentia est felicitas.*
*Inferior rescit, quidquid peccat superior.*

*Infirmi animi est non posse divitias pati.*

*Ingenuitas non recipit contumeliam.*
*Ingenuitatem laedis, quum indignum rogas.*

*Ingenuus animus non fert vocis verbera.*
*Ingrata sunt beneficia, queis comes metus.*

*Ingratus unus omnibus miseris nocet.*

*Inimici ad animum nullae conveniunt preces.*
*Inimico extincto exitium lacrymae non habent.*
*Inimicum quamvis humilem docti metuere est.*

*Inimicum ulcisci vitam accipere est alteram.*
*Iniuriam aures, quam oculi, facilius ferunt.*

*Iniuriam facilius facias, quam feras.*
*Iniuriam ipse facias, ubi non vindices.*

Digitized by Google

miento y el gozo.
No hay hombre cuerdo acaballo.
El aceleramiento en el castigo es pecaminoso y maligno.
Quien no duda, no sabe cosa alguna.
Achaques al viernes, por no ayunarle.
Achaques al odre, que sabe á la pez.
La dicha de un infeliz es su misma inocencia.
Los pecados de los superiores no se ocultan á los inferiores.
Es de un corazon endeble no portarte quando rico, como quando no tienes.
La nobleza no puede sufrir afrenta.
Quando te bajas al indigno, ofendes al bien nacido.
No puede sufrir el noble, que le baldonen:
No agradan los beneficios, si de temor van seguidos.
La ingratitud de uno solo perjudica á los miserables todos.
Al enemigo no conviene humillarse.
Muerto el perro se acaba la rabia.
Cordura es temer al enemigo, por mas que esté abatido.
Con el castigo segunda vida recibe el enemigo.
Menos se siente la injuria referida, que haciéndose á la vista.
Es mas facil agraviar, que el agravio tolerar.
El juez, que la injusticia castigar no manda,

Digitized by Google

*Iniuriarum remedium est oblivio.*
*Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.*

*Inopia instructa est in divitiis cupiditas.*
*Insanus omnis furere credit ceteros.*
*Intellige ecqua sint, ut et bene agas, bona.*

*Inter amicos iudicatur, quam inimicos, molestius.*
*Invidia loquitur id, quod obest; non, quod subest.*

*Invidia tacite sed inimice irascitur.*
*Invidiam ferre, aut fortis, aut felix potest.*
*Invitat culpam, qui delictum praeterit.*
*Invitum, quum retineas, exire incitas.*
*Ipsae amicos res optimae pariunt; adversae probant.*
*Iracundiam qui vincit, superat hostem maximum.*
*Iratum breviter vites, inimicum diu.*

*Iratus etiam facinus consilium putat.*
*Iratus nihil non criminis loquitur loco.*
*Iratus, quum ad se redit, sibi tum irascitur.*

*Irritare est calamitatem, quum te felicem vocas.*

*Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.*

*Ita crede amico, ne sit inimico locus.*

Digitized by Google

él por sí mismo agravia.
El remedio de las injurias es el olvido de ellas.
El que socorre pronto al desvalido, le hace dos beneficios.
La ambicion en las riquezas es lazo de la miseria.
Piensa el ladron, que todos son de su condicion.
Para obrar bien, mira quales son las buenas obras.
La parcialidad del juez la justica hace torcer.
Nunca hablan los envidiosos, sino de lo que daña á otros.
Envidioso disimulado enemigo airado.
Los fuertes y los ricos desprecian á los malignos.
Quien el descuido perdona, á la culpa provoca.
Quando está tirante la cuerda, luego rebienta.
En los trabajos se conocen los amigos.
El que vence su ira, vence á su mayor enemigo.
Del airado un poco te desvia, del callandriz toda tu vida.
El enojado aun lo malo no tiene por pecado.
En quanto el airado articula, todo es injuria.
El que se enfurece con otros, vuelto en sí, se condena á sí propio.
Quando por feliz te tengas, los trabajos despiertas.
No es pobre el que poco tiene, sino el que mucho quiere.
Así confia en el amigo, que no des lugar á que se vuelva enemigo.

Digitized by Google

*Ita habeas amicum, posse ut fieri inimicum putes.*

*Iter est, quacumque dat prior, vestigium.*

*Iucunda macula est ex inimici sanguine.*

*Iucundum nihil est, nisi, quod reficit varietas.*
*Iudex damnatur, quum nocens absolvitur.*

*Ius omne supra omnem positum est iniuriam.*

*Laeso doloris remedium inimici dolor.*

*Lapsus semel fit culpa, si iterum ceciderís.*
*Lascivia et laus numquam habent concordiam.*
*Late lucere ignis, ut nihil urat, potest.*

*Laus nova nisi oritur, etiam vetus amittitur.*
*Legem nocens vcretur, fortunam innocens.*
*Legem solet obliviscier iracundia.*
*Levis est fortuna: cito reposcit, quod dedit.*
*Lex videt iratum; iratus legem non videt.*

*Lex universi est, quae iubet nasci et mori.*

*Libido cunctos etiam sub vultu domat.*
*Libido, non iudicium est, quod levitas sapit.*
*Licentiam des linguae, quum verum petas.*
*Lingua mali loquax mentis indicium malae.*

Digitized by Google

Trata al amigo con cautela, para quando ene-
migo se vuelva.
El primero que habre la senda, abierto el ca-
mino dexa.
Es tal la venganza, que aun mancharse en la
sangre del enemigo le agrada.
No hay gusto, donde no hay variedad.
El juez á sí mismo se condena, quando al mal-
vado absuelve de la pena.
No hay ley que no condene, á la injusticia del
que ofende.
Algunos por sacar á otro un ojo, se sacarán á
sí los dos.
Una no es ninguna, y dos es una.
La gloria y la lascivia siempre están reñidas.
Estiende su luz el fuego, sin quemar, á grande
trecho.
Hasta la antigua alabanza, sino se renueva, se acaba.
Teme la ley el culpado; y el inocente su hado.
No sentencia acertado ningun juez airado.
Inconstante es la fortuna, luego quita lo que dió.
El airado no repara en la pena, á que la ley le
condena.
Todos somos hijos de Adan y Eva, aunque
nos diferencia la seda.
Por mas que disimulen, á todos arrastra su pasion.
El prurito de saber mucho daño suele hacer.
Trata verdad, y no temas hablar.
La lengua dice, lo que siente el corazon.

Digitized by Google

*Locis remotis qui latet, lex est sibi.*

*Loco ignominiae est apud indignum dignitas.*

*Longinquum est omne, quod cupiditas flagitat.*

*Lucrum sine damno alterius fieri non potest.*
*Mage cavenda est amicorum invidia, quam insidiae hostium.*
*Mage fidus heres nascitur, quam scribitur.*

*Mage valet, qui nescit, calamitas quid valet.*

*Magister infidelis est recti metus.*
*Magnam fortunam magnus etiam animus decet.*
*Magnanimo iniuriae remedium oblivio est.*

*Magnum crimen secum adfert indignatio.*
*Mala causa est, quae requirit misericordiam.*
*Mala est medicina, ubi aliquid naturae perit.*

*Mala est voluptas ad alienum consuescere.*

*Malae naturae numquam doctore indigent.*
*Mala mors necessitatis contumelia est.*

*Malam rem quum velis, honestatem improbes.*

*Male geritur, quicquid geritur fortunae fide.*

Digitized by Google

El ócio y la soledad para las malas acciones ofrecen libertad.

Qué ignominia es un indigno á un alto puesto subido!

Siempre distante miramos, lo que mucho deseamos.

Nadie puede ser logrero sin daño de tercero.

Mas te debes guardar de la envidia de un amigo, que de la emboscada del comun enemigo.

Es mas fiel el legítimo heredero, que el que se nombra en el testamento.

Mas vale ignorar los trabajos, que experimentarlos.

No está seguro, el que teme lo justo.

A gran fortuna gran corazon.

El hombre de valor con olvidar las injurias las remedió.

En sí misma es culpable la indignacion.

No es buena la causa, que busca misericordia.

El remedio daña, quando la naturaleza está adulterada.

Es un gusto perverso irse acostumbrando á lo ageno.

Lo malo sin maestro se aprende.

El verse afrentado por fuerza es una muerte violenta.

El intento de una mala accion basta para perder el honor.

No le saldrá bien cosa alguna al enfotado en la

Digitized by Google

*Male imperando summum imperium amittitur.*

*Male secum agit aeger, medicum qui heredem facit.*

*Male vincit is, quem poenitet victoriae.*

*Male vivet, quisquis nesciet mori bene.*
*Male vivunt, qui se semper victuros putant.*

*Maledictum interpretando facias acrius.*
*Malefacere qui vult, numquam non causam invenit.*
*Malefacere qui vult, nusquam non causam invenit.*

*Malevolus animus abditos dentes habet.*
*Malevolus semper sua natura vescitur.*
*Malignos fieri maxime ingrati docent.*

*Malitia unius cito fit maledictum omnium.*

*Malitia, ut peior veniat, se simulat bonam.*
*Malo etiam partas, si una est periturus bonus.*

*Malo in consilio feminae vincunt viros.*

*Malum alienum ne feceris tuum gaudium.*
*Malum consilium consultori pessimum est.*
*Malum est consilium, quod mutari non potest.*
*Malus animus in secreto peius cogitat.*

Digitized by Google

fortuna.

Llega á perderse un reyno, quando es malo su gobierno.

Mal se quiere el enfermo, que nombra al médico por heredero.

No es buena victoria aquella, que el daño consigo lleva.

Quien no supiere bien vivir, mal sabrá morir.

Los que juzgan que no ha de llegar la muerte, viven perversamente.

Peor es el dicho malo con disculparlo.

Al que mal hace, nunca le falta achaque.

El que quiere mal hacer, en todas partes halla porqué.

El perro que no ladra, ese mas daña.

Al mal intencionado nunca lo veras aplacado.

Los desagradecidos enseñan, á que los liberales se abstengan.

La malicia del perverso á ninguno encuentra bueno.

El malo con piel de oveja mayor daño intenta.

Aun al malo se ha de perdonar, si el bueno con él ha de acabar.

En resolver cosas malas la muger al hombre gana.

No te alegres del mal del próximo.

El consejo malo para el consultor es muy aziago.

A lo hecho pecho, pues ya no tiene remedio.

Una mala inclinacion, quando está á solas peor.



Digitized by Google

*Malus bonum ad se numquam consilium refert.*

*Malus bonum ubi se simulat, tunc est pessimus.*

*Malus est vocandus, qui sua causa est bonus.*

*Malus etsi obesse non pote, tamen cogitat.*

*Malus quicumque in poena est, praesidium est bonis.*

*Manifesta causa suam habet sententiam.*
*Mansueta tutiora sunt, sed serviunt.*

*Maximo periculo custoditur, quod multis placet.*

*Medicina calamitatis est aequanimitas.*

*Medicina sola miseriarum oblivio.*

*Mens incorrupta miseria corrumpitur.*
*Meretrix instrumentum est contumeliae.*

*Metuendum semper est ei, quod tutum velis.*
*Metum respicere non solet, quicquid iuvat.*

*Metus improbos compescit, non clementia.*

*Metus quum venit, rarum habet somnus locum.*
*Minime amicus sum, fortunae particeps nisi sim tuae.*

Digitized by Google

Quando chupa el aveja miel torna, y quando el araña ponzoña.

Entonces es mas perverso, quando el malo se finge bueno.

A quien por su interes es bueno, este nombre no le demos.

El malo aunque no pueda dañar, piensa no obstante hacer mal.

El castigo en los malos de los buenos es resguardo.

Una causa manifiesta en sí lleva la sentencia.

Buena es la mansedumbre, pero pasa á servidumbre.

Con grande riesgo se guarda, lo que á muchos agrada.

La conformidad con los trabajos suele remediarlos.

Solo se remedian las miserias con el olvido de ellas.

Una intencion sana con la miseria se estraga.

Al amor de las rameras sigue el vilipendio y afrenta.

Nunca por seguro des, lo que asegurar quieres.

A trueque de conseguir lo que agrada, nadie en el temor repara.

A los perversos refrena el temor, no la clemencia.

Quien miedo tiene, el sueño coger no puede.

No me mientes por amigo, si de tus bienes no



Digitized by Google

*Minimum eripit fortuna, quum minimum dedit.*
*Minus decipitur, cui negatur celeriter.*

*Minus est quam servus dominus, qui servos timet.*

*Minus saepe pecces, si scias, quid nescias.*

*Miser dici bonus vir, esse non potest.*

*Misera est voluptas, ubi pericli memoria est.*
*Miseri est nescire sine periculo vivere.*

*Miseriam nescire sine periclo est vivere.*
*Misericors civis patriae est consolatio.*
*Miserrima est fortuna, quae inimicos latet.*
*Miserrima est fortuna, quae inimico caret.*
*Miserrimum est arbitrio alterius vivere.*
*Miserum est tacere cogi, quod cupias loqui.*

*Miserum te iudico, quod numquam fueris miser.*

*Mora cogitationis diffidentia est.*
*Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.*
*Mori est felicis, antequam mortem invocet.*

*Mori necesse est, sed non quoties volueris.*
*Mors infanti felix, iuveni acerba, sera nimis seni.*

Digitized by Google

participo.
Quien poco tiene, poco pierde.
Al que presto se le niega, menos engañado queda.
De peor condicion es el amo, que teme á sus esclavos.
Muchas veces se abstiene del pecado, quien sabe que se castiga lo malo.
Infeliz suelen llamar al bueno; mas no puede serlo.
Malo es el gusto, que trae á la memoria el susto.
No tiene fortuna, quien al peligro no se aventura.
Feliz es la vida, del que peligro no conoce.
El ciudadano compasivo de su patria es alivio.
Triste es la ventura, del que enemigo no tiene.
No es buena la fortuna, que al enemigo se oculta.
Es mucha infelicidad depender de agena voluntad.
Desgracia es verte obligado á callar, lo que deseas hablar.
Es sin duda miserable, quien de trabajos no sabe.
Los desconfiados son irresolutos y tardos.
Buena es la tardanza, que hace la carrera segura.
Dichoso es el que muere, antes que la muerte desee.
Nadie muere, hasta que Dios quiere.
Dichosa es la vida en la infancia, amarga en la juventud, y en la vejez muy tarda.



Digitized by Google

*Mortem timere crudelius est, quam mori.*

*Mortem ubi contemnas, omnes viceris metus.*
*Mortuo munus qui mittit, nihil dat illi, adimit sibi.*
*Muliebris lacryma condimentum malitiae est.*
*Mulier, quae multis nubit, multis non placet.*

*Mulier, quum sola cogitat, male cogitat.*
*Multa ante tempus, quam virum invenias bonum.*

*Multa ignoscendo fit potens potentior.*

*Multis minatur, qui uni facit iniuriam.*
*Multis placere quae cupit, culpam capit.*
*Multorum calamitate vir moritur bonus.*

*Multos timere debet, quem multi timent.*

*Muneribus, non lacrymis, meretrix est misericors.*

*Mutat se bonitas irritata iniuria.*

*Nae virtutibus multis abundat, qui alienas amat.*

*Naturam abscondit, quum recte improbus facit.*

*Nec mortem effugere quisquam, nec amorem, potest.*

*Nec vita nec fortuna hominibus perpes est.*

Digitized by Google

El temor de la muerte mas atormenta, que la muerte mesma.

El desprecio de la muerte á todo temor vence.

Quando vino el orinal, muerto era Juan Pascual.

La muger que llora, malicia atesora.

La muger que con muchos se casa, á muchos desagrada.

Mal piensa la muger, quando á solas piensa.

Todos querriamos ser buenos, y alcanzanlo los menos.

El poderoso con mucho perdonar se suele mas ensalzar.

Quien á uno castiga, á ciento hostiga.

La muger del ciego para quién se afeita?

En la muerte del justo quedan desamparados muchos.

A muchos debe temer, quien con muchos es cruel.

Con dádivas, no con lágrimas, la mala muger se ablanda.

Los buenos se hacen malos con injurias provocados.

Sin duda tiene muchas prendas buenas, el que en las de otros se deleita.

El malo su inclinacion esconde, quando á obrar bien se pone.

Nadie libre puede verse del amor, ni de la muerte.

No es perpetua la vida, ni dura siempre la dicha.



Digitized by Google

*Necesse est multos timeat, quem multi timent.*

*Necessitas ab homine, quae vult, impetrat.*

*Necessitas dat legem, non ipsa accipit.*

*Necessitas egentem mendacem facit.*

*Necessitas quam pertinax regnum tenet.*

*Necessitas quod celat, frustra quaeritur.*

*Necessitas, quod poscit, nisi das, eripit.*
*Necessitatem ferre, non flere, addecet.*

*Necessitati quodlibet telum utile est.*

*Necessitati sapiens nihil umquam negat.*

*Necessitatis est remedium parcitas.*
*Negandi causa avaro numquam deficit.*
*Negat sibi ipse, qui, quod difficile est, petit.*

*Negata est magnis sceleribus semper fides.*
† *Neminem nec accusaveris, nec laudaveris cito.*
*Nemo immature moritur, qui moritur miser.*

*Nemo ita pauper vivit, quam pauper natus est.*

Digitized by Google

El que de muchos es temido, que á muchos tema es preciso.

Qué no hará el hombre obligado de la necesidad de su hado?

La necesidad no se sujeta, ni hay freno que la contenga.

La necesidad al menesteroso le obliga á ser mentiroso.

La necesidad muy obstinada oprime, al que debaxo de su yugo gime.

Lo que oculta el necesitado, no hay que preguntarlo.

La necesidad carece de ley.

Mas vale, que no afligirse, en la necesidad no rendirse.

No hay arma, que no sirva á la necesidad oprimida.

Siempre condesciende el sabio, con lo que se debe al necesitado.

Mas vale regla, que renta.

Al avaro nunca falta disculpa para negar.

Si lo que es injusto pretendes, conseguirlo no lo esperes.

Nunca fueron creidos los mas atroces delitos.

Antes que conozcas, ni alabes, ni cohondas.

No se puede llamar temprana la muerte del miserable.

Nunca vive tan pobre, como ha nacido, el hombre.

Digitized by Google

*Nemo qui coepit ex se, risum praebuit.*

*Nemo timendo ad summum pervenit locum.*

*Nequitia poena maxima ipsamet sui est.*

*Nescias, quid optes, aut quid fugias: ita ludit dies.*

*Nescio quid cogitat, quum bonum imitatur malus.*

*Nescit is nocere, qui nocere velle perdidit.*

*Ni gradus servetur, nulli tutus est summus locus.*

*Nil agere semper infelici est optimum.*

*Nil aliud scit necessitas, quam vincere.*
*Nil eripit fortuna, nisi, quod et dedit.*
*Nil est miserius, quam ubi pudet, quod feceris.*

*Nil magis amat cupiditas, quam, quod non licet.*

*Nil non acerbum prius, quam naturum, fuit.*
*Nil non aut lenit, aut domat, diuturnitas.*
*Nil peccent oculi, si oculis animus imperet.*
*Nil posse quemquam, mortuum hoc est vivere.*

*Nil prodest bene didicisse, facere si cesses bene.*

Digitized by Google

De nadie se hace despreciable, el que se desprecia á sí mismo.

Nadie á puesto grande llega, si el temor, que lo impide, no dexa.

Los maliciosos ellos á sí mesmo se dan el mayor tormento.

El tiempo da tantas vueltas, que con lo que ha de hacer, nadie acierta.

En qué piensa el malo, quando al bueno toma por dechado?

No hace mal, quien de hacerlo no tiene voluntad.

Nadie está seguro en su puesto elevado, si no sabe conservarlo.

Siempre va mejor al desgraciado con no hacer nada, que haciendo algo.

A la necesidad no hay resistencia.

El Señor me lo dió, y el Señor me lo quitó.

No hay cosa mas miserable, que de lo que has hecho, pesarte.

Aquello se desea mas, que está prohibido executar.

No se toman truchas á bragas enjutas.

El tiempo todo lo amansa.

No pecará la vista, si la razon la domina.

Lo mismo es nada poder, que la muerte viviendo padecer.

De qué sirve la buena educacion, si la virtud no se pone en execucion?

Digitized by Google

*Nil proprium ducas, quod mutari potest.*

*Nil rationis est, ubi res semel in affectum venit.*

*Nil turpe ducas pro salutis remedio.*
*Nil turpius quam vivere incipiens senex.*

*Nimium altercando veritas amittitur.*

*Nimium est in morte boni, si nil inest mali.*

*Nisi per te sapias, frustra sapientem audias.*

*Nisi, qui scit facere insidias, nescit metuere.*

*Nisi vindices delicta, improbitatem adiuves.*
*Non aliter vives in solitudine, aliter in foro.*
*Non cito ruina perit is, qui rimam timet.*

*Non corrigit, sed laedit, qui invitum regit.*

*Non est beatus ipse, qui se nesciat.*
*Non est bonitas esse meliorem pessimo.*

*Non est cicatrix turpis, quam virtus parit.*

*Non est pusillum, si quid maximo est minus.*

*Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.*

Digitized by Google

No tengas por propio, lo que puedes perder pasando á otro.

El juez toda la razon pierde, quando á sus pasiones cede.

En nada repares, como tu vida salves.

No hay cosa mas indigna en un viejo, que el decir: ahora á vivir empiezo.

Con demasiadas altercaciones faltan á la verdad los hombres.

Harto buena es la muerte, en que ningun mal se teme.

Ninguno enseñar puede, á quien aprender no quiere.

Nadie sabe precaverse de la perfidia, como el que sabe urdirla.

Alas darás á los malos en no castigar sus pecados.

En todas partes se ha de vivir bien.

No perece en la ruina, quien las culpas leves evita.

En peor estado se pone, el que á la correccion es indócil.

No es feliz, el que no se conoce á sí mismo.

No es virtud no ser tan malo, como el que mas malo es.

Las cicatrices nacidas del valor á nadie causan deshonor.

No se ha de desestimar una cosa, solo porque es menos que otra.

No es propio, prestado es, lo que la fortuna

Digitized by Google

*Non facile de innocente crimen fingitur.*

*Non facile solus serves, quod multis placet.*
*Non novit virtus calamitati cedere.*
*Non pote non sapere, qui se stultum intelligit.*

*Non quam multis placeas, sed, qualibus, stude.*

*Non semper aurem facilem habet felicitas.*
*Non vincitur, sed vincit, qui cedit suis.*

*Nocens precatur: innocens irascitur.*

*Nocentem qui defendit, sibi crimen parit.*

*Nocere casus non solet constantiae.*
*Nocere posse, et nolle, laus amplissima est.*

*Noli contemnere ea, quae summos sublevant.*

† *Nondum felix es, si nondum turba te deriserit.*

*Nulla hominum maior poena est, quam infelicitas.*

*Nulla, quae multos amicos recipit, angusta est domus.*

*Nulla tam bona est fortuna, de qua nil possis queri.*

Digitized by Google

contigo quiso hacer.

Es arriesgada la culpa, que al inocente se imputa.

Lo que á muchos agrada, dificilmente se guarda.

Ni el valor ni la virtud se rinden á los trabajos.

No puede dexar de saber, el que por ignorante se llega á tener.

No atiendas á que sean muchos, sino á quienes has de dar gusto.

No siempre dan oidos á los pobres los ricos.

No es vencido; antes vence, quien á los suyos se somete.

Los que están culpados, se humillan; los inocentes se airan.

Quien justifica al culpado, se impone nuevo pecado.

No suele la desgracia derribar á la constancia.

Quien puede hacer mal y se abstiene, grande alabanza merece.

No desprecies los principios, por donde los elevados han subido.

No te tengas por feliz, hasta que de tí la plebe se haya empezado á reir.

No hay mal tan lastimero, como no tener dinero.

No es casa reducida, la que á muchos amigos verdaderos abriga.

No hay fortuna tan buena, que no tenga alguna quexa.

Digitized by Google

*Nulli facilius, quam malo, invenies parem.*

*Nulli impones, quod ipse ferre non queas.*

*Nullo in loco male audit misericordia.*

*Nullum sine auctoramento est magnum malum.*
*Nullum sine teste putaveris suo locum.*
*Nullus sapientum proditori credidit.*
*Nullus tantus quaestus, quam, quod habes, parcere.*
*Numquam facilius culpa, quam in turba, latet.*

*Numquam non miser est, qui, quod timeat, cogitat.*

*Numquam periclum sine periclo vincitur.*
*Numquam satis est, quod improbae spei datur.*

